





et cōpassionē humane fragilitatis. Quod vero de septē panibus et pisciculis paucis quat-  
 tuor milia hominū saturavit. diuine opus esse virtutis. ita et in pluribus alijs locis scri-  
 pturę facile est videre. Quidam etiā iacobitarū tenent. nō minus errantes q̄ et duabus  
 naturis in christo vna sit cōflata et facta natura. qui error etiā est olim damnatus in sa-  
 cris cōcilijs. Sed et magister sententiarū in tercio libro. et doctores alijs desuper scribē-  
 tes. eum errorem acerrime et acutissime reuincunt. Sed cepta ego p̄secutus: hec doctio-  
 ribus relinquo. Isti etiā heretici iacobite vno solummodo se digito signant in modū  
 crucis. quos greci et suriani. p̄dentes asserunt ideo facere. quia tm̄ vnam in christo cōfi-  
 tentur naturam. Ipsi etiā paruulos suos adhuc ad vbera pendētes sub vtraq̄ specie cō-  
 municant. in hoc grecis et surianis cōformes. Ipsi diuersis vtuntur ideomatibus fm̄  
 diuersas prouincias in quibus habitant. Habent tamen quoddam p̄rium ideoma. cu-  
 ius vera littera est hic infra subnotata.

Alpha	beta	gamma	delta	e	zeta	Syeta	heta	theta	jota	kapa	Lambda	Mu
Δ	Β	Γ	Δ	Ε	Ζ	Η	Θ	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν
Nyn	axi	off	B̄y	K̄u	Syma	thaf	he	ffy	chy	ebfi	o	sthep
SV	Ξ	Ο	Π	Ρ	Σ	Τ	Υ	Φ	Χ	Ψ	Ω	Ϙ
vey	had	hori	genfa	Syma	d̄y							
Ϙ	β	γ	δ	ε	ζ	η						

*Est cōrupta quæ littera*

**De Nestorianis et eorum erroribus.**

Orantur nihilominus in sancta ciuitate Hierusalem quidam alijs homines  
 Nestoriani nuncupati a Nestorio quodam pessimo heresiarcha qui per sua  
 pestifera dogmata. magnam orientis partem infecit. maxime autē eos qui in  
 perfide habitant seorsum in multitudine copiosa dicentes se esse christianos. Et quāq̄  
 prophanā mahumeti legem hi Nestoriani nō suscipiant. immo habeant horrore. p̄he-  
 reticos tamen corrupti miserabiliter errant. Nam predictus perditionis filius Nesto-  
 rius quondam cōstantinopolitanus episcopus et omnes nestoriani eius sequaces. vir-  
 ginem gloriosam Mariam negant esse matrē dei siue theothocon grece id est dei geni-  
 tricem. sed christi hominis eam esse matrē cōcedūt. siue christochocon grece. id est chri-  
 sti genitricem. Nam et aliam asserunt esse in christo personā diuinā. aliam humanam.  
 distinguentes fm̄ duas in christo naturas. etiā duas personas. et per cōsequens nō vnū  
 christum ex verbo et carne subsistentē. sed separatim. alterum filiū dei. alterū filium ho-  
 minis affirmant. Hec autē detestanda heresis in Ephesina synodo. in qua erant trecenti  
 sancti patres reprobata est et cōdemnata. et oēs eā sectantes anathematis sententię sub-  
 iecti. Præterea hi nestoriani in fermentato pane p̄ficiunt instar grecorū. atq̄ sub vtraq̄  
 specie cōmunicant eucharistię sacramentū paruulis et adultis. et alia multa abusiua. ac  
 sanctę romane ecclesię cōtraria et erronea obseruant. de quibus singillatim dicere lon-  
 gum esset nimis. Caldaica vtuntur littera et lingua in officijs diuinis et scripturis. lin-  
 gua vero sarracénica in Hierusalem et terra sancta. In alijs autem mundi partibus et  
 tum loquuntur linguis terrarū in quibus morantur.